

Vers. relinquendum tamen est.

20 Miserabilis persona aestimabitur, qui in statu fortunæ injuriæ versatur, ut naturaliter prudentium animos ad pietatem, & commiserationem inducat: hoc cum multis, variisque causis contingere solet (nam si homo miseris repletus multis,) ideo definiri nequit quibus sit hoc privilegio intuitu miserationis subveniendum. Plures recensuerunt Trentacinq. variar. lib. 2. titul. de citatione resol. 2. ex numero 25. Didac. Perez ubi proxime; Carraf. sup. Mafsc. d. concl. 1065. num. 2. Barbosa in collect. ad d. l. unic. sed tandem judicis arbitrio committitur, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. num. 1. Trentacinq. num. 36. vers. Animadvertisum. Didac. Perez de verb. Probr. in fin. Cancer. variar. lib. 2. cap. 2. num. 14. Barbosa numero 40. ubi alii, Velasc. in prefat. num. 1. quest. 4. num. 77. Carlev. sup. num. 529. & 560.

21 Hoc tamen arbitrium quoad statum miserabilium, ac paupertatis excluditur, quoties lege cautum reperitur quis miserabilis, pauperve sit quoad aliquos juris effectus. Gregor. Lop. in l. 20. gloss. 2. tit. 23. part. 3. Velasc. d. quest. 4. num. 78. Sicut in eadem lege regia inter miserabiles numeratur, qui ex prosperitate, affluentiaque divitiarum in infinitam fortem infortunio dejectus miseram degit vitam, etiæ alias pauper non putaretur: observat ibi Gregor. Lop. illud Boëtii, Infelicitum infortunii genus est, sive felicem. Carraf. de casib. Cur. à num. 52.

22 Privilegiis pauperum, ac miserabilium renuntiantes nihil agunt, quia contra bonos mores, ac pietatem est, ut non subleventur oppressi. Glossa verb. Excedere, in l. unic. C. quand. Imperator, &c. Trentacinq. sup. num. 37. Cancer. num. 30. Castill. controv. lib. 3. cap. 25. num. 7. Velasc. quest. 47. num. 10. & in specie lib. post quest. 55. num. 5. August. Barbosa cum pluribus in collect. ad d. l. unic. num. 41. Carleval. d. disp. 2. num. 598. & 603. cum seqq. Ac tacita renunciatio sustinetur, ut si pauper promittat se certo loco soluturum; nam ibi conveniri poterit. Petr. Barb. in l. l. art. 4. num. 69. de judic. August. Barb. in collect. ad cap. dilecti, de for. compet.

23 Sunt nonnulli casus, in quibus non est locus privilegio dictæ legis unicæ, etiæ personæ alias privilegiatae existant: hi apud nos in praxi excipiuntur, cause criminales, super debitis regalibus, exequutivæ, si apud inferiorem judicem absque fori declinatione per litis contestationem exceptæ, si non excedant quantitatem decem mille marapetinorum, similiter si privilegiatus contra pariter privilegiatum contendat, de quibus Carrasc. ex numero 71. Monterol. tract. 5. cap. 1. num. 11. Cur. Philip. part. 1. 9. num. 15. 16. August. Barbosa in collect. ad d. l. unic. num. 25. 29. 30. Carlev. sup. d. disput. 2. num. 596. 602. 630. & 649. qui alias limitationes, pluresque ampliations ad eam constitutionem congregat: eas itidem exhibet Trentacinq. d. resol. 2. Illud libertadum, quod si post inchoatum judicium non privilegiato liganti privilegiatus succedat, causa ad Curiam revocari nequit. Cancer. sup. num. 27. Barbosa num. 13. ubi alios Interpretes videndos laudavit.

Ad Num. 4.

Glossa verb. Implorando, in cap. 1. de offic. Ordinar. docet Advocatus quondam de publico salario fuisse constituta, quam reprobant D. Covar. variar. lib. 3. cap. 14. num. 1. Barbosa in collect. ibi, num. 5. Imò Neronis constitutione cautum fertur, ut Advocati, nullo interveniente honorario, ligantium clientelam suscipiant, ut ex Alexand. obseruat Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 369. quod jure ad pauperes restrictum est, cæteri namque mercedem advocationis pendere cogebantur l. 1. §. In honorariis, de variar. & extraord. cognit. Trajanus ante omnes, Patronos de publico, stipendiis praestit, pauperibus deputavit, quod in quavis in Republica bene instituti servari oportet, ut cum D. Covar. adnotat Benincas. de paupert. q. 1. num. 19. inhumanius quippe fore, egenum cum divite in judicio contendentem, utili advocationis juvamine destitui, aut id minus idoneum emendicatum querare, l. 1. §. Ait Prætor, de postuland. cum inter litigantes quoad patrocinium omnimoda desideretur æqualitas, l. Providendum 7. C. eod. Unde apud nos stabilitum, ut Advocati pauperum expensis publicis designantur, & ubi defunct, quisque pro inopibus gratis patrocinari tenetur, ac per Judicem jure compelli poterit, l. 6. tit. 6. par. 3. l. 16. titul. 16. lib. 2. Recop. Greg. Lop. in l. 16. gloss. 7. tit. 9. part. 2. Menoch. casu 369. à princip. Salgad. Labyrinthi p. 1. cap. fin. num. 112. Bobad. Polit. lib. 3. cap. 13. num. 16. Azeved. in d. l. 16. Recop. Paz Prax. tom. 1. annos. 5. num. 65. Barbosa in collect. ad cap. Ex listris, num. 2. de offic. Ordin. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. in fin. Menchac. illustr. lib. 1. cap. 41. num. 3. Pichard. in §. Tam autem, num. 8. Instit. de inoffic. testam. Avil. in cap. 7. Prætor. gloss. An de llevar. numer. 3. Flor. Diaz variar. lib. 1. quest. 8. §. 1. num. 52. Guazzin. de defens. reor. in prefat. num. 5. Velasc. de privileg. paup. quest. 28. num. 43. ubi quod Advocati jurejurando promittunt, cum in supremis Auditoriis admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos tueri, quod idem Velasc. fuisse prosequitur. Clerici quoque, licet alias coram laico judice ad vocare prohibeantur, pauperum tamen causas agere possunt. Barbosa cum pluribus de Jur. Eccles. tom. 2. lib. 1. cap. 40. num. 86. De salariis caufidicorum, quæ quondam apud Romanos, & alias gentes præstari consueverunt, videndum late Tiraquel. de nobilitat. cap. 29.

Quæ de Advocatis diximus, ad Procuratores, Tabelliones, ac Judices, cum quid sportulorum nomine percipere licet, ampliantur. Velasc. num. 41. 60. & 61. Menchac. Guazzin. Benincas. & alii nuperim laudati. Jungs his quæ adnotantur in addit. variar. lib. 3. cap. 14. num. 1.

Ibi: Imò apud Gallos.

Idem tradit ex Baldo, & Guidione Papa Benincas. de pupert. quest. num. 11.

Ibi: Nam & in conscientie judicio.

Qui egenis litigantibus patrocinium, vel ministerium proprium subtrahit, aut gratis non

26

Enucleatus, & auctus Cap. IV.

Ibi: Secus esse in extraneis.

Cunctis, ut prænotavimus supra num. 28. 31 litis expensæ debentur, paupertate cum bono jure agentis conjuncta, idemque de alimentis dicendum dum litigat pauper: sic his concurrentibus, fratri sunt alimenta & expensæ litis assignandæ. Molin. d. cap. 16. num. 35. Menoch. d. q. 35. Duenn. reg. 365. in fin. Surd. de alment. quest. 117. ex quibus aliqui, scilicet Trentacinq. & Duenn. distinguunt, ut per D. Covar. hic: sed distinctione opus non esse, ex præmissis videtur.

Vers. Secundum quod Doctores.

Filio agenti ad patris hæreditatem, etiam in prima instantia sumptus litis, & alimenta penduntur, modò præsumptione boni juris juvetur, atque ita sententia pro ipso lata non præcisè desideratur: nec obest decisio legis Si instituta, §. De inofficio de inoffic. testam. Bosfius præ. tit. de alment. uxori. præstand. num. 1. Gratian. disceptat. cap. 954. num. 26. Paul. Meli. in addit. ad Castill. de alment. cap. 1. num. 1. & decis. 116. num. 1. ubi plures, Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, num. 4. de liber. agnosc. Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 2. interpr. 2. num. 28.

Ibi: Idem ipse profiteor.

28 Praecedens conclusio communiter limitatur quoties cum paupertate actoris haud levius præsumptio boni juris concurrit; tunc enim alimenta, & litis sumptus reus dives exhibere cogetur. Menochius ac Bosfius ubi nuper, Surd. sup. quest. 119. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quest. 12. num. 5. Meli. ubi proxime, cum pluribus, Gratian. num. 27. Velasc. de privileg. pauper. quest. 39. num. 24. 25. Castill. controvers. lib. 3. cap. 27. num. 52. Lara num. 58. Trentacinq. variar. lib. 1. titul. de alment. resol. 1. num. 32. quem videoas num. 41.

Vers. Constat sanè Jure Civili.

29 De intellectu legis Si instituta, §. De inofficio, de inoffic. testam. agit Menoch. sup. ex num. 4. Surd. quest. 111. cum seqq. Lara & Bosfius ubi proxime Trentacinq. num. 32. Velasc. num. 22. Cujac. in d. l. Si instituta, Fabr. in ration. ad d. §. de inofficio, & apud laudatos ampliations, & limitationes ad eum textum reperies. Illud ex Trentacinq. & aliis observantum, filio alimenta, & litis sumptus esse præstandos dum agit ad alimenta, si in quasi possessione filiationis existat, aut aliam præsumptionem non elisam per alias pro se habeat. Melin. d. cap. 1. num. 7. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 30.

Ad Num. 6.

30 De his omnibus egerunt præcitat, & specialiter de nepotibus, alijque descendantibus, quibus litigantibus sumptus litis, & alimenta debentur, ex d. §. De inofficio, Menoch. sup. num. 15. Molin. num. 34. Duenn. regul. 365. num. 5. Velasc. num. 22. De ascendentibus Menoch. num. 16. Surd. quest. 111. numero 26. Duenn. num. 6. Trentacinq. d. resol. 1. num. 40. De uxore Meli. d. cap. 1. num. 17. Bosfius sup. Menoch. num. 18. Trentacinq. num. 37. Velasc. num. 21.

D. de Faria Covar. Enact.

Ibi: Penes quos lata est exactio.

Quamvis per appellationem judicatum extinguitur, l. 1. §. ultim. ad Tarpillian. tamen illa pendente, pro sententia est præsumptio. Anton. Fab. in ration. ad d. l. Si instituta. §. De inofficio, Menoch. lib. 2. præl. 67. à numero 36. Surd. sup. q. 120. num. 11.

Ibi: An sit locus eidem responsio.

De hac quæstione consulas laudatos sup. numer. 32. & distinctionem hic traditam inter jus antiquum Digestorum, & novum, quam amplectitur Menoch. d. quest. 35. num. 4. Surd. q. 112. vers. Tertium requisitorum, ubi respondet eriam, quod in d. §. De inofficio, ita evenit, ut proponitur causus; non tamen negatur, quo in prima instantia etiam subveniat pauperi agenti, si aliqui apparuerit justam præsequi causam. Surdus eadem q. 119.

Vers. Tertiò requiritur.

Paupertatis probatio omnino desideratur, etiam in liberis, ut alimenta, litisque expensæ, donec quis litigat, consequantur. Surd. q. 112. num. 1. Menoch. num. 1. Bosfius sup. num. 1. Leoncill. dict. privileg. 22. num. 34. Gratian. num. 28. Meli. dict. cap. 1. num. 10. ubi quod est concludenter probanda. Vide Velasc. quest. 1. num. 18. Cevall. commun. q. 757. num. 20. qui tenet, unius testis depositionem sufficere. Sed à Meli opinione redditum non est, cum regulariter paupertas saltem duorum testimonio sit probanda. Velasc. d. q. 5. num. 7.

36 Sed si utrinque paupertas probetur, exhibito sumptuum & alimentorum denegatur. Velasc. quæst. 39. num. 72. Meli. num. 4. Ant. de Marin. lib. 1. resol. 349. num. 23. Gratian. ubi proxime, & alii quos ipsi referunt.

37 Questionis est, utrum haec debantur non solum agenti ad hereditatem vel universitatem bonorum, sed etiam ad rem singularem, seu quantitatem? Insciat Surd. sup. tit. 1. q. 120. num. 14. Cost. de port. rat. quæst. 59. num. 6. Leoncill. num. 36. Ricciul. de jur. person. lib. 2. cap. 21. num. 6. Contra sententiam Merlin. de legitim. lib. 5. titul. 3. quæst. 12. num. 8. Meli. in addit. ad Castill. de alimento. cap. 1. num. 5. & allegat. 113. num. 17. Velasc. dict. quæst. 39. num. 47. Et licet prior sententia longe sit communior, affirmativa tamen aequior videtur, ac eam decisionibus corroborata testantur qui eam sustinent.

Ad Num. 7.

38 Similiter converti solet de restitutione quantitatis, quæ agenti inopin nomine alimentorum, ac litis sumptuum prestatatur, si in judicio succubuerit, ac de cautione ab ipso per Judicem exigenda. Et ad utrumque teneri pauperem sentit Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 43. cautionemque sic concipiendam: Ut accepta, nisi obtinuerit in causa, sic redditurus, quatenus ad id de jure astringatur. Nam liberis, quibus alimenta pendente lice pœstantur, immunes à restitutione existunt, eti succumbant per dissimilitudinem. Molin. ibi numer. 40. ejusdem sententiae est Lara in l. Si quis à liberis, & si vel parens, num. 54. de agnosc. liber. & alii, D. Covarruv. in cap. in fin.

39 Oppositum tamen esse receptius constat ex his, quæ tradit Velasc. quæst. 39. numer. 62. Menoch. de prof. lib. 1. quæst. 35. num. 37. Surd. sup. tit. 1. quæst. 124. num. 4. Marescot. Variar. lib. 2. cap. 83. num. 26. Merlin. d. cap. 12. num. 12. Trentacinq. Variar. lib. 1. titul. de alimento. resol. 1. num. 45. ubi quod cautio præstari jubeatur, si judeex fraude presumperit. Sed si de ea apparuerit, semper erit restitutioni locus, argumento legis 1. §. Interesse, ff. si mul. vent. nom. Quid cum actor supererat? Consulas Velasc. num. 65. Marescot. sup.

Vers. Solet tamen dubitari.

40 Pro alimentis, sumptibusque litis quantitas pauperi litiganti tribuenda judicis arbitrio decernitur. Molin. d. cap. 16. num. 47. Menoch. num. 35. Meli. d. cap. 1. num. 8. & decim. 116. num. 6. Merlin. d. cap. 12. in fin. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 5. num. 39. Leoncill. de privileg. 22. num. 63. Trentacinq. num. 46. Velasc. quæst. 39. num. 7. Fontanell. de part. nuptial. tom. 2. gloss. 2. part. 3. à num. 65. Marescot. d. cap. 83. num. 12. Surd. de alimento. tit. 4. quæst. 23. num. 41.

41 Actum est promiscue de alimentis ac litis expensis, quæ pauperi litiganti debentur; eadem est enim ratio, imo favorabilior est causa alimentorum. quam hujusmodi sumptuum. Surd. tit. 1. q. 119. & 120. num. 10. Verum aliquando sumptus litis concedi debent litiganti, non autem alimenta, veluti si aliunde habuerit ad victimum præcisè necessaria duntaxat;

huic namque subveniendum erit litis sumptibus, ne alias ipse, ejusque familia, subractis ad litigandum alimentis, maximum patientur incommodum, aut agens de advocate gratis patrocinante animadvertisit Flor. Diaz variar. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 52. Ita temperandum est quod docet cum aliis Velasc. quæst. 39. num. 55. ubi num. 48. probat litis sumptus non esse denegandos pauperibus, quanquam advocati & procuratores eorum sint deputati publicis expensis.

Ad Num. 8.

Folio contendenti in judicio cum patre super filiatione ad alimenta consequenda, vel alium effectum, interim alimenta, & litis sumptus assignantur à parente solvendi, sumaria precedente cognitione, sufficientque presumptiones, unius testis omni exceptione majoris depositio, vel sola quasi possestio filiationis. Molin. sup. num. 39. Castill. de alimento. cap. 4. num. 9. 10. ubi an desideretur libelli oblationis, litisque contestatio. Leoncill. d. privileg. 22. num. 15. Meli. in addit. ad Castill. d. cap. 4. ex num. 13. Marescot. de probat. concil. 786. num. 10. Gregor. Lop. in l. ultim. gloss. 3. titulo 19. part. 4. ubi quod non prestat iurandum filii nisi conjecturæ concurrent. Trentacinq. Variar. lib. 1. titul. de alimento. resol. 1. num. 32. Cevall. commun. quæst. 757. num. 120. Menoch. d. quæst. 35. num. 35. Surd. quæst. 120. ex numero 22.

42 Haec alimenta, litisque expensæ, sicut & cætera, quæ juris dispositione, & judicis officio liberis, aliiisque debentur, non alias sunt praestanda, nisi aliunde habeant ut sibi valeant providere. Velasc. quæst. 39. num. 50. Meli. ubi pronuper. cap. 19. num. 5. Marescot. sup. num. 7. Trentacinq. ubi proxime ad fin. Surd. quæst. 112. num. 31. vers. Addo quod si filius.

43 Decretum de alimentis exhibendis filio, vel alii pauperi litiganti, nihil in præjudicium cause principalis operatur. Menoch. d. quæst. 35. in fin. Trentacinq. num. 47.

Ibi: Nam & alimentorum causa.

Distingue si pauperi debeantur, prout distinguunt Castill. de alimento. cap. 6. num. 7. Meli. in addit. ad eum, cap. 3. num. 1. Menoch. lib. 4. presumpt. 115. num. 15. Tiraq. de privileg. pie caus. in prefat. num. 21.

Ibi: Et sanè ubi hoc modo.

44 Qui à parente, dum litigat, filiatione quomodolibet probata alimenta, & litis sumptus percipit, quamvis in principali causa succumbat, minime ad restitutionem illorum compelletur. Menoch. d. quæst. 35. num. 37. Molin. & alii laudati sup. num. 38. 39. quod, nisi fraudem interveniente constituerit, est verum, ex l. 1. §. Interesse, ff. si mulier. vent. nomin. Hinc, juncta sententia D. Covar. tradita num. 7. colligitur discriberit constitui quod hujus restitutioonis obligationem inter filios, & extraneos, cuius meminit Molin. d. cap. 16. num. 41. Sed plerique docent, omnes ad ejusmodi restitutioinem nequaquam esse astrictos, ut præmittitur sup. num. 39.

SUMMA

SUMMARIUM.

- 1 Vidua casitatem observantibus privilegium competit revocandi causas suas in prima instantia ad Regia prætoria.
- 2 Turpiter se gerens vidua cunctis exiuit status privilegiis: quod declaratur num. 3.
- 3 Honestatis probatio premiri debet, ut vidua eo privilegio potiatur, sed hec feminis illestitibus apud nos ex stylo remittitur.
- 4 Que bona vidua ob turpititudinem afferantur, remissivæ.
- 5 Vidua non admuntur bona, quæ à priore habuit viro, eti post secundas nuptias luxuriose deliquerit.
- 6 Fæmina que nunquam nupsit semper honesta viventi, utrum presatum viduarum privilegium conferatur, & num. 8.
- 7 Moniales eadem gaudent prærogativa litigantes.
- 8 Utrum ad meretrices extendatur.
- 9 Mulieri nuptæ viro absenti, vel alias inutili, sicut vidua privilegium idem tribuitur.
- 10 Vidua, pupillus, miserablesque personæ alio juvantur privilegio, ne scilicet per alium privilegiatum extra domicilium possint conveniri, nisi per rescriptum derogatur expressum legi unica, C. quand. Imper. int. pup.
- 11 Ecclesiæ an competat jus trahendi propriae causes in prima instantia ad Curiam, & num. 15.
- 12 Spoliata per laicos, valeat eos in foro Ecclesiastico convenire.
- 13 Utitur jure minoris, & pupilli.
- 14 Pauperum cause ante omnes debent expediri.
- 15 Causa minoris quantitatis non inducuntur per privilegiatos ad curiam in prima instantia.
- 16 Privilegiatus ut causas deferat ad Regia Prætoria, num in pariter privilegiatum eo jure uti permittatur, & num. 34.
- 17 Generaliter utrum privilegiatus in pariter privilegiatum suo juvetur privilegio, per plures causas explanatur, & num. seqq.
- 18 Vidua an causam deferat ad Curiam adversus pariter privilegiatum.
- 19 Privilegium sic interpretatur, ut quid contra, vel præter jus commune operetur.
- 20 Privilegium quo res ad regulas juris communis revertitur, latè interpretatur.
- 21 De liberis ordinariis, quæ in Cancellariis expedientur pro viduis, & alii privilegiatis.
- 22 Privilegium de quo actum est, competit vidui, ac similibus, sive agant sive defendantur.
- 23 Vidua & alii privilegiati utrum in criminalibus gaudent suo privilegio, & numero 32.
- 24 Privilegiatus per similem in domicilio convenientius, ibi respondere compelletur.
- 25 Privilegiatus in Curia habitans, in Regio Prætorio nequit invitus conveiri.
- 26 Aliud est privilegium trahendi causas ad Curiam, & aliud ne quis extra proprium domicilium extrahatur.

CAPUT. VII.

Ad Num. 1.

Vidua eo gaudet privilegio, ut quo ad primam instantiam litigans, Curiam Principis valeat adire. Tusch. lit. V. conclus. 203. n. 1. Velasc. de privil. pauper. part. 1. quæst. 52. numero 35. Tondut. de preventi judic. part. 2. cap. 59. numero 45. Aug. Barbosa in collect. numero 2. ad l. unic. C. quand. Imper. int. pupill. & alii plures, quos recensuimus supra cap. prox. numero 2. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. à numero 225. Sed illud ita demum indulgetur viduis, si status honestate decorrent. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 2. titul. 3. part. 3. Tusch. num. 2. Azeved. in l. 8. num. 11. titul. 3. lib. 4. Recop. Cancer. variar. libro 2. cap. 2. num. 8. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 65. numero 31. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citationib. resol. 2. numero 16. vers. Hec conclusio ad fin. Surd. de alimento. titul. 7. quæst. 24. numero 17. Did. Perez in lib. 1. verb. Pobres, vers. Quod intelligentium, titul. 1. lib. 3. Ordin. Cur. Philip. part. 1. §. 9. numero 13. Monteros. in pract. part. 1. tract. 5. cap. 1 numero 11. Barbosa cum aliis numero 24. licet contraria sententia Carleval. numero 554.

Non solum vidua ob turpititudinem illa prærogativâ destituitur, sed etiam cæteris omnibus, quæ viduitatis intuitu conceduntur. Tusch. Barbosa, Surd. Trentac. ubi pronuper. Matienz. in l. 5. gloss. 8. num. 13. tit. 9. lib. 5. Recop. Tiraq. de Nobilit. cap. 18. num. 13. Marquard. tract. de celibat. Sacerd. non abrogand. cap. 12. num. 4. & 21. Nec vidua dici mereatur, quæ impudicitâ honorem status denigrat; vidua etenim non efficit habitus, sed honestas, l. Decreto 15. & ibi Glossa, C. ex quib. caus. infam. irrog. Marquard. supr. numer. 2. & non solum in moribus, sed & in vestibus honestas viduitatis est servanda. Theat. vita hum. lit. V. verb. Vidua, §. Viduitatis ornamenta, vers. Ceterum summum.

3 Quæ temperanda veniunt, si vidua semel sui corporis copiam fragilitate sexus fecerit, ut videtur Surdo d. quæst. 24. numero 20. Matienz. supr. ex num. 7. & alii apud eos. Similiter vidua, quæ olim lapsa respiciuit, vitamque degit honestam, beneficio Imperiali indigna non est. Trentacinq. d. vers. hec conclusio, ad finem.